



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De Probo Gaio cum filiis, & Diocletiano imperatore. Cap. XII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

RERVM MEMO. LIB. VII.

nore circumstantium ruerit, ac non multo post morte subita condemnatur.

A VRELIANVS regnat annis sex.

Caput XII.

**C**VI Probus succedit, cui & totidē annis consummato, Gaius cum filijs Numeriano & Carino succedit. Quibus in breui consummatis, regnat Diocletianus, sed paulo ante imperium eius Dionysius Romanus pontifex obiit.

**DIONYSIVS PAPA SEDIT ANNIS NOVEM.** Gaius cum filijs regnat duobus annis nec integris.

Cap. XIII.

**B**eatissimus quoq; qui tunc meruit rapi de mundo, ne videret mala quæ iste Diocletianus mox intulit ecclesijs ultra q; credi potest. Tunc apostola sui succedit Felix, quo tempore Manes magus quidam, secundū nomen suū insaniens, Perses genere, à quo & Manichæorum hæresis, nouam sectam facit, & dogmata quædam profert, à diuersis mutuata hereticis, & nunc Christum se simulat, nunc paracletum se nominat. Et elegit duodecim ad similitudinem Christi discipulos.

**FELIX Papa sedit annis sex.**

Caput XIV.

**I**gitur Felice Papa cōsummato, Euthicianus succedit: quo in breui cōsummato, Gaius episcopus eligitur. Hic iam tempore Eusebij xv. annis sacerdotio perfunditus, Marcellum relinquit successorē, quē iam tempus persecutionis inuenit.

E. iiiij